

genito concurrunt, vt quod teneatur solum de ferre arma & insignia eius familie, sine permixtione aliorum armorum, aut insignium, aut quod vocari debeat solo nomine eius familie, sine permixtione nominis alterius, tunc is primogenitus similiter eligere debet vnus eorum, quem maluerit, & alter deuenit ad secundo genitum. Ita Molina vbi sup. nume. 30. disputatone que 61. dictum est.

10 Quando primogenitus, iue, qui ad maioratum primò vocatur, interficit eum, cui succedere in maioratu debet, distinguendum est cum Grego. Lopez l. 2. titu. 15. part. secunda, verb. *sino el hijo mayor*. Quoniam si occisus sit ipse maioratus institutor, tunc dubium non est, quin occidens maioratum amittat, nisi occisus illi pepercerit delictum, antequam moriatur, ac voluerit, vt nihilominus succederet in maioratu iuxta ea, que disputat. 178. dicta sunt. Si vero occisus sit, non quidem maioratus institutor, sed alius eius maioratus vltimus possessor, est maior difficultas: quoniam occidens, non ex præscripto occisi, fed primi institutoris, succedere debebat in eo maioratu, à quo, & non ab vltimo possessore, confendus est eum accipere. Plectat tamen Gregorio Lopez, & Molina vbi supra, numero 31. alijque, quos citant, illum eo ipso effici indignum successione in eo maioratu, iuxta ea que disputat. 178. dicta sunt, ac proinde expelli à successione in illo. Tunc verò arbitratur Molina ibidem, & libro primo, cap. nono, à numero 25. commoditatem maioratus in vitroque euentu pertinere ad fiscu toto tempore, quo occisor vixerit, iuxta dicta disputat. 178. citata: nisi clausula institutionis maioratus disponant, vt continuò maioratus transeat ad vltimus ad illum vocatum. In quo euentu, si occidens filium legitimum habeat, tempore mortis anterioris possessoris occisi, talis filius succedet in maioratu, & esto sit filius masculus, pater non habeat vsum fructum, sed ad filium, vnà cum proprietate, spectabit, iuxta ea, que disputat. 178. citata dicta sunt. Quod si occisor in eo euentu, tempore mortis anterioris possessoris occisi, descendente non habeat, cum successio in pendenti esse non possit, tranfit maioratus tunc ad superstitem vltimus vocatum, & esto occisor nascatur postea filij legitimi, non excludunt eum, qui antea maioratum ritè obtinuit, neque sobolem illius, quamuis posterior sit generata. Quando autem commoditas maioratus spectaret ad fiscum toto tempore, quo occidens vixeret, tunc, cum non alio titulo fisco eam obtinere posset, quam nomine & loco occisoris, qui verus esset successor in eo maioratu, sed indignus vsu, & commoditate ex illo propter suum delictum, vtique, si is occisor, post patrum delictum, sobolem legitimam generaret, ea succederet in eo maioratu, tanquam proximè ad illum vocata post mortem occisoris, qui vsque ad suam mortem verus fuit successor in eo maioratu, priuatus tamen commoditate & vsu illius propter suum delictum. Quæ dicta sunt de occidente anteriore possessore maioratus, extendenda arbitratur Molina. capit. secundo, citato, numero 33. iuxta glossam. l. si ab hostibus. §. si vir, verb. satisfacere. ff. soluto matrimo. ad filium vltimi possessoris, ff. qui eum egrotum non curauit: secus autem ad transfusalem successorem vltimi possessoris, qui non tenetur illum egrotum curare, vt tenetur tenetur descendens in eum, vt tenetur curare suum ascendens.

tem. Molina ibidem legito. Et quoad dicta hoc. §. lege disputat. 178. citata. §. si ad rationem. 654.

DISPV. 625.

Feemina quousque à successione in maioratu excludantur, & ad succedendum in eo admittantur.

SVM MARIUM.

- 1. Lege iudiciali veteri, filij masculi in succedendo in possessionibus distributis per tribus & familias, præponebantur filiabus: sed filia præponebantur transfuersalibus omnibus. Quando vero ita succedebant in possessionibus, nubere non poterant bonis de aliena tribu, & de aliena cognatione, vt distributio possessionum in tribus ac familijs conferuaretur, non itaq; esset distinctio & successio familiarum, vt tempore aduentus Messie intelligeretur ex familia, ex qua erat promissus descendere, tanquam vna è notis veri Messie.
- 2. In successione in bonis liberis, quam varia diuersis temporibus iure Cesaris fuit disposita. Et quid habeat non nullum.
- 3. In maioratus successione, & in alijs que indussa ad vnum debent peruenire, masculus eiusdem gradus, licet minor natus, præferatur femine, licet femina præferatur masculo vterioris gradus, quando aliud in institutione non fuit expressum.
- 4. Idem quoad maioratum de bonis donatis à Rege Henrico. Non verò de maioratibus Lusitanis legitimis subiectis.
- 5. In successione in maioratibus huius regni, quando aliud non fuit dispositum, linea tota descendente ex vltimo possessore, præferatur omnibus alijs, etiam proximioribus in gradu. Deinde proximior in gradu, præferatur remotiori. Et inter eos, qui sunt eiusdem gradus, masculus præferatur femine, & maior natus, minor natus.
- 6. Exclusio feminarum eiusdem gradus cum masculis à successione in maioratu fauorabilis est, & extendenda. Exclusio verò earum comparatione masculorum vterioris gradus seculi odiosa, & restringenda potius quam amplianda.

**V**tem velut ab odio detestamus, à interque diuino ordiamur. Cum Numerorum 26. Deus præcepisset Moyfi, numerare populum à viginti annis & supra per tribus & cognationes, seu familias, ac diuidere inter masculos tribuum, & familiarum, terram promissionis: mortuusque esset Salphaad de tribu Ioseph, relicti filiiabus quinque, abique filijs; illaque Num. 27. accessissent ad Moysem, contentientes, æquum non esse, vt ipse, noie & loco patris sui defuncti, qui masculu non reliquit, non acciperent possessiones inter cognatos patris sui, dederuntque nomè pfr earum de familia sua. Re ad dnm delata, Dominus respondit. *Iustam rem postulauit filia Salphaad ad eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hereditate succedant. Ad filios autem Israel loqueris hæc. Non cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transfuit hereditas: si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos: quod si & fratres non fuerint, dabis hereditatem fratribus patris eius: si autem nec patres habuerint, dabitur hereditas his qui ei proximi sunt.* Exiit, hoc filijs Israel sanctum lege perpetua. Vbi videt, lege hac iudiciali, qua Christi morte cessauit, & de sola successione in bonis immobilibus terræ promissionis diuise per tribus & familias inter filios Israel loquebatur, vt rectè Caietanus ibi obseruat, & ex eo textu est satis perspicuum, filios masculos præponi filiabus: filias tamè præponi masculis vterioris gradus.

du. Et deficientibus omnino descendibus vltimi possessoris, transfuit ea bona ad collaterales in masculos per lineam virilem collaterales proximiores in gradu eiusdem tribus, familias, & cognationis. Eodem verò lib. Numerorum. c. 36. videntes homines de eadem stirpe Ioseph, si femina illa nubere, quibus vellent, futurum, vt possessiones illa transfirent ad aliam tribum, cognatam, non solum vsque ad annum iubilei, fed etiam in perpetuum, cū decederent ex eis mulieribus futuri essent de tribu & familia vltorum, quibus illa nupsissent, quandoquidem filij attinent ad familiam patrum, & non matrum; tem ad Moysem detulerunt. Eo verò Dominum cōsultente, lex alia similiter iudiciali, sancita fuit. Vt quando deficientibus filijs masculis, filia succederet in possessionibus patris, nubere non posset homini de alia tribu, aut cognatione, sed teneretur nubere hominibus solum de sua tribu, fed etiam de sua cognatione, vt sic possessiones ab initio diuise per tribus & cognationes, neque à tribu, neque cognatione, cui forte contingerent, egredierentur. Quando autem non obtinebant eiusmodi possessiones patrum suorum, esto bona alia iure hereditario obtinerent, integrum illis erat nubere, cui vellent, etiam de aliena tribu. Hæc quod attinet ad ius diuini iudicialis veteris legis: quod Christi morte cessauit, peculiari quadam ratione in illis solum bonis sancitum erat, vt vsque ad aduentum & mortem Christi, tribus & familia, essent distinctæ, agnoscereturque Christum de tribu ac familia, ex qua fuit promissus, esse natum, tanquam vna è notis veri Messie.

Quod ad iura humana attinet, vt habetur inst. de legit. agnat. succed. in prin. & §. ceterum, iunctis antecedentibus & sequentibus, & l. in lege duodecim tabularum. C. de legit. hered. quondam lege duodecim tabularum primo loco succedebat heredes sui: qui autem hi sunt, disp. 179. explicatum est. Deficientibus verò hæreditibus suis, soli agnati, hoc est, consanguinei ex parte patris, qui per lineam virilem descendebant, siue masculi essent, siue femine, succedebant, præpositi semper prioribus in gradu. Eis verò deficientibus, hæreditas ad fiscum, exclusis cognatis, qui agnati non essent, dederatur. Ita Molina lib. 3. de primog. c. 4. num. 2. Deinde verò de iure prætorio (vt habetur §. ceterum, citato, verb. sed quia sanè) secundo loco introductum est, vt deficientibus agnatis proximioribus in gradu, succederent illico cognati per bonorum possessionem vnde cognati, quam uocant. Postea verò (vt habetur eodem §. ceterum, verb. media autem iurisprudentia, & l. lege duodecim tabularum citata) de iure Digestorum introductum fuit, vt femina omnino excluderetur à successione suorum cognatorum, qui consanguinei non essent ex parte patris, solumque succederent agnatis; qui tamen cognati masculi eis succederent. Porrò hoc ius Digestorum, media iurisprudentia, inst. loco citato dictum est, propterea quod medium quoddam ius esset inter legem antiquiorem duodecim tabularum, & ius posterioris Codicis. l. lege duodecim tabularum. C. de leg. hered. Quarto autem loco de iure Codicis, & authenticorum, quod ius Castellæ & Lusitanie fuit ampliatum, sublatam est omnis illa differentia inter agnatos, & cognatos, & inter heredes suos, & non suos, seu emancipatos, eodemque modo succedunt masculi, & femine, succeduntque masculis, ac feminis, vt disp. 158. §. vt expicemus, dictum est, iurisprudentibus est comprobatur. Legit etiam §. ceterum citatum, & reliquos sequentes in eodem tit. l. lege duodecim tabularum citatam, & authenticum de heredib. ab instell.

Hæc verò intelligenda sunt, quando bona libera sunt, & diuidi inter successores possunt. Quando Tom. 111.

autem in vltimo maioratus sunt subiecta, quia simul, masculi, & femine, non possunt in eis succedere, sed vni tantum successio descendenda est, mercedo, quando masculus & femina eiusdem sunt gradus, masculus præferatur femine, etiam si femina maior sit natu: quoniam masculus masculis regimini, ac iurisdictioni exercenda, est aptior: & quoniam in masculo conferuatur cognatio, & familia institutoris, & ius ad quo regnum, aut maioratus, in alios deriuatur, & consequenter memoria eorum, non verò ita in femina; quod esse solet præcipua ratio institutionis maioratus. Hinc, cum Paulo Castrensi, & alijs, dici consuevit, masculo & femina concurrentibus in eodem gradu, etiam si femina maior natus sit, reputati ac si esset vltimioris gradus, ad succedendum in maioratu. Quia verò vniuersique plus affici tolerat suum sobolem, quam ad alienam, & ad sibi magis coniunctos, quam ad minus coniunctos, in defectum masculi proximioris in gradu, succedit femina proximioris gradus, que maior natus ceteris feminis eiusdem gradus sit, tum in regnis, tum etiam in alijs maioratibus, quando aliud in regni creatione, aut maioratum aliorum institutione, sancitum non est. Ita communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Molina libro 3. de primog. cap. 4. à nume. 4. & Gregor. Lopez. l. 3. titu. 13. par. 3. verb. *mugeres*, & Couar. 3. variar. resol. c. 5. num. 5. cum quibus consentit Anton. Gom. l. 40. Tauri. num. 62. Atque in hoc regno apertè res hæc confirmatur. l. 2. titu. 15. par. 2. que id statuit in successione huius regni, affirmans, ita regulariter re habere in ceteris maioratus autem Hispani instar regni Castellæ, atque iuxta leges illius, censentur instituti, nisi aliud sit in particulari expressum, vt disp. 176. & sequentibus dictum est. Hæc Molina vbi sup. à nu. 6. ait vera esse, etiam si institutor maioratus Hispani dixerit, se illum institueri causa conferuandi suam memoriam, aut familiam, aut in finem suæ domus, generationis, generis, gentis, posteritatis, ac descendendum. Quoniam in femina anterioris gradus etiam feruatur memoria institutoris, & pertinet ad familiam latè sumptam, & ad domum, generationem, genus, ac posteritatem, vt copiosè probat. Eum legito.

Idem Molina. nu. 4. citato, cum alijs, quos citat, hoc idem intelligendum esse ait, in maioratibus, de quibus clausula Regis Henrici, disp. 476. à nobis relata, loquitur, vt scilicet, existente filio legitimo possessoris eius maioratus, si succedat, etiam minor natus sit, quam filia legitima eiusdem possessoris: in defectum verò filij legitimi succedat in eo filia legitima eiusdem possessoris, que sit maior natus ceteris filiabus. Atque, quod etiam succedat filia hoc modo in eiusmodi maioratu, verum esse arbitror: quoniam in ea clausula admittuntur filij legitimi vltimi possessoris ad successorem in eo maioratu: nomine verò filiorum legitimorum, etiam legitime filie comprehenduntur: Ad succedendum verò in Lusitania in maioratu, de quo in lege metali, eadem disp. 176. à nobis relata, est formosum: filie non admittuntur, sed solum filij masculi, etiam si omnes descendentes per lineam virilem, nisi res fuerit à principio ita concessa, vt succedat etiam filia in defectum filij, aut nisi id postea à Rege concedatur, vt eadem disp. 176. relatum est.

Iuxta dicta hæc, & præcedentibus disputationibus, rectè Molina vbi sup. num. 13. cum alijs, quos citat, obseruat, hunc ordinem esse seruandum in successione in maioratu, quando aliud ab institutore non fuerit sancitum ac expressum, vt descendendum linea præferatur omnibus, qui de linea descendente ex vltimo maioratus possessore non sunt, neque aliqui de alijs lineis admittantur, nisi defici-



deficientibus omnibus habilibus, qui sunt de linea descendenti ex ultimo possessore. Secundo loco, post lineam, considerandus est gradus, vt qui proximior sit in gradu, siue masculus sit, siue femina, praeferatur ceteris. Tertio loco, post gradum, considerandus est sexus, vt inter eos, qui de proximiori gradu sunt, masculus praeferatur feminae, etiam in illa maior natu sit. Denique quarto loco consideranda est aetas, vt inter eos, qui pares lineae, gradu, & sexu sunt, praeferatur tempus, qui maior fuerit natu.

Dubitant Doctores, num exclusio foeminarum propter masculos, sit fauorabilis, minimeque proinde strictè intelligenda: an verò sit odiosa, atque adeò strictè intelligenda. Quam quaestionem copiose disputat Molina vbi supra, num. 15. Et paucis cum eodem autore, quod ad maioratus Hispanos attinet, est dicendum. Si foemina solum excludantur propter masculos minores natu eiusdem gradus, fauorabile esse, minimeque proinde strictè intelligendam. Quoniam foemina iustissima de causa, supra explicata, excluditur, etique praepositur masculus maior natu, aptior regimini, exercitioque iurisdictionis, & in quo conferuetur familia, & nomen in futuris. Et quoniam id fit contentaneè ad ius Hispanum. l. 2. titu. 1. par. secunda, iusta de causa latum, & regulariter in alijs regnis lege, aut consuetudine, seruatum, vt in eadem lege dicitur. Si verò foemina excludantur propter masculos vterioris gradus, quamuis id à maioratus institutore valde ac licite fieri possit (praesertim quando non contingit in ea institutione legitimas earum foeminarum idque, ne maioratus transeat in alterius familiam, sed perpetuo in sua agnatione perseveret; quia tamen id exorbitans est à iure Hispano circa maioratus. l. 2. citata lato, minusque consonum rectae rationi, quam contrarium, consuetudinique, quae in maioratibus Hispanis instituentis regulariter seruati consuevit, odiosa sanè est talis exclusio, strictèque proinde intelligenda: atque adeò censendum non est, mentem institutoris iussisse, eas ita excludere, nisi perspicue constet, eum id voluisse, ac statuisse, vt Molina vbi supra, à numero secundo, probat. Habet enim tunc foemina fundatam suam intentionem in iure communi, seu Hispano, atque in consuetudine ita succedendi in maioratibus. Quae de causa rectè idem Molina ibidem à numero 41. subiungit talem foemina tuendam esse in possessione ne maioratus aduersus masculum vteriorum in gradu contententem, ad se ex institutoris dispositione pertinere, quousque sufficienter id probet. Imò verò ait, foemina mittendam esse in actualem possessionem, seu tenentiam eius maioratus, aduersus masculum vteriorum in gradu contententem ad se attinere, nisi in continenti, hoc est, vsque ad quinquaginta dies, sufficienter id probet: quae omnia multis sufficienter Molina probat, ex lege satis sunt ratio ni consona ac perspicua.

Quando maioratus institutor omnino perspicuis verbis expressit, se velle foeminas excludere, etià propter masculos vterioris gradus, tunc est perspicue dispositio ac expressio suae voluntatis est standu. Quando autem coniecturæ sunt eam fuisse suam voluntatem, ex tenore suae dispositionis, & circumstantijs concurrentibus, arbitrio prudètis est relinquendum, vt pensatis omnibus, iudicet, num omnino atque indubitanter persuadent, intendisse eas excludere, vel non, sed res dubia sit. Atque in dubio, excludendæ non sunt, vt proxime dictum est: quando autem iudicatum fuerit, absque dubio illius voluntatem fuisse, illas excludere, tunc iudicandum est, exclusas esse, antepositisque esse masculos vterioris gradus. Neque alia de hac re certior & commodior

regula statui potest. Molina lib. 3. de primogen. c. 6. longissimam hac de re dixit dispositionem. Illa verò omnia conducent, vt melius, pensatis omnibus, iudicetur; quae fuerit mens institutoris maioratus. Num, quando dubius euentus acciderit, legito, & quæ disp. 474. dicta à nobis sunt.

DISPV. T. 626.

Representatio quousque in feudis, in successione regni, & maioratibus Castellæ admittenda sit?

SUMMARIUM.

- 1 Representatio in bonis hereditarijs, quousque habeat locum in linea descendenti, & transuersali. In linea ascendenti locum non habet. Filij fratrum, si succedant cum alijs patris, representant patres suos, & succedunt per stirpem. Si autem filij diuersorum fratrum succedunt sine alio patre, non representant, sed succedunt per capita. Nisi quando sunt filij fratrum vtriusque coniugatorum, & representando suos patres, excludunt patrui ex altera tantum parte coniuncti: tunc enim succedunt per stirpem.
- 2 Representatio, cum privilegium sit, licet extendenda non sit plus, quam conueniat concessa, in vniuersitate tamen regno est videndum, num iure, consuetudine, aut dispositione particulari, sit maior introducta circa regni successione, aut maioratus, vel circa aliquod aliud, eiq. ibi est standum.
- 3 Representatio est in feudis, non solum hereditarijs, sed etiam ex pacto & prouidentia.
- 4 In successione in regno, & in alijs maioratibus, an sit locus representationi, stando in iure communi, & per consequens vbi nihil aliud ea de re est dispositum, ardua quaestio, quae varijs exemplis explanatur.
- 5 In regno esse representationem, vnde Acoſta & alij ducuntur.
- 6 Item alij vnde velint, stando in iure communi, esse representationem in regno, & non in alijs maioratibus, siue de bonis corona regni, siue de bonis patrimonialibus constitutis.
- 7 Quae alia discrimina colligat idem autor ex eo discrimine, inter regnum & alios maioratus.
- 8 Regni non est hereditas, sed in eo succeditur ex pacto et prouidentia, iure ve sanguinis, vt in alijs maioratibus: suntq. proinde nulla discrimina, quae ex contrario fundamento Acoſta colligit.
- 9 Nota realis defuncti implere tenentur haeredes de bonis hereditarijs, vt & alia debita defuncti, non uero de bonis immunitatis, quibus defunctus eorum possessor imponere non potuit id onus. Atque implere illa tenentur, saluis integris legitimis ijs in eis bonis debitis.
- 10 Quae alia ratione ad id sufficienter, representationem in successione in regno, non uero in alijs maioratibus Acoſta admittit.
- 11 Representatio, licet stando in solo iure communi, neque in successione in regno, neque in alijs maioratibus locum habeat, ex quibus tamen alijs capitibus posse locum habere.
- 12 Quales successio in hoc Castellæ regno, & in ceteris eiusdem regni maioratibus sit instituta, quando aliud per maioratum institutores expressum non fuerit. Et cur in eiusmodi successione interueniat, non quidem representatio formaliter, sed uirtute.
- 13 Hac eadem locum habent in maioratibus creatis ex donatis à Rege Henrico.

- 14 Idem succedendi modus, eademque representatio, non similiter habent locum in alijs regnis, vt in Lusitania locum non habent.
- 15 Non ex transmissione iuris filij primogeniti defuncti ante suam patrem, quod transmittat in suam filium patris nepotem, nepos praefertur in hoc regno patrui in successione regni, aut alterius maioratus, sed quia ex legum huius regni dispositione vocatur ad eam successione.
- 16 Exploditur simul alia transmissio iuris filij in nepotem, quae locum habeat quando maioratus contractu fuit institutus, & non quando institutus fuit ultima voluntate, cuiusque ratione nepos excludat patrui in primo euentu, & non in secundo.
- 17 Quando ex circumstantijs ac verbis contractus, conſensus sit praetatus ab institutore maioratus, nepos ex filio per mortuo patre proximiori in gradu, etiam in locis, in quibus nulla representatio in ea successione admittitur.
- 18 Regna & maioratus hereditates non esse, nec proinde in eis succedi hereditario iure, sed sanguinis, ex pacto, & prouidentia, atque ex eo capite, quod hereditates sunt, locum non esse representationi in successione in illis, confirmatur.
- 19 Quia maioratus & regna hereditates non sunt, non uocantur defuncti successores ultimo possessori vsq. ad decimum gradum, sed succedunt proximiores in infinitum.

Ante omnia statuendum est, representationem de iure communi habere locum in bonis hereditarijs. Et quidem in linea descendenti habet locum, quando filius eius, cui est succedendum, mortuus est relicta foebile: tunc enim filij huius succedunt per stirpem aut in portione inter ipsos aequaliter diuidenda, in qua ipsorum pater succedere debebat. Quod si aliquis nepotum mortuus etiam sit tempore mortis aui, relicta etiam foebile, tunc pronepotes illi succedunt etiam aui per stirpem, loco patris ipsorum, nepotis illius proauis, in portione, in qua is nepos succedere illi debebat, aequaliter inter ipsos pronepotes diuidenda, & ita conſequenter, vt iuxta l. Papinianus. §. quoniam. ff. de inoff. test. §. cum filius. in h. de haered. qui ab intest. defert. iuxta authenticum de haered. ab intest. §. 1. authenticam in successione. C. de suis & leg. haered. l. 1. titu. 1. §. par. 6. & titu. 77. in prin. lib. 4. Ludif. ord. disp. 158. §. vlt. & disp. 162. §. etiam vlt. dictum est, quae representatio, etiam ad vterioris gradus, sese extendit in linea recta, si superlites eius tales descendentes in morte ascenditis, defunctis tot intermedijs, vt bene cum plerisque filijs, affirmat. Couar. de pract. qq. c. 38. nu. 1. iuxta. §. item vt uultus, in fine, vlt. ita tamen, in h. de haered. que ab intest. defert. In linea verò collateralibus si frater sit succedendum ab intestato, & superlites sint filij alterius fratris defuncti, illi representant suum patrem defunctum, & succedunt per stirpem patrui, vna cum alijs patris, in portione, aequaliter inter ipsos diuidenda, in qua pater ipsorum, si superlites esset, erat frater defuncto succedurus. Quia, si filij sint fratris vtriusque coniuncti, & solum filij pertinet patrui, qui sint fratres ex altera tantum parte coniuncti defuncto, tales filij excludunt patrui illos, sicut ipsorum pater, quem representant, illos excluderet. Vtrunque habetur in authentico de haered. ab intest. §. si autem defuncto, & in authentica cessante, authentica post fratres. C. de leg. haered. l. 1. dictumque à nobis est disp. 164. concl. 2. 3. c. & 6. Quo in loco, ante nonam conclusionem, addidimus, eodem modo filios fratris representare suum patrem defunctum, ad excludendum patrui magnum, hoc est, fratrem aui ipsorum, ab hereditate eiusdem defuncti. Vitra filios autem fratrum, nulli

La datur representatio in linea transuersali de iure communi, vt vbi supra, cum communi doctorum sententia, conclusionem 7. dictum est, contentiuntq. authentica post fratres. 2. C. de leg. haered. & l. 6. titu. 1. §. par. 6. Quin in authentico de haered. ab intest. §. huiusmodi verò, sic scriptum legitimus. *Haec in modum verò privilegium* (representationis scilicet) *in hoc ordine cognationis* (collateralium videlicet) *solum praebentur fratrum masculorum, & foeminarum, filijs, aut filiabus, vt in iurorum parentum iura succedant: nulli alij omnino persona, ex hoc ordine venienti, hoc ius largimur.* Imò, cum representatio privilegium sit, vt ex hoc iure proxime relatio, atque ex se consistat, extendendum non est ultra eos quibus in iure reperit fuerit esse concessum. Quare cum ascendentibus non competatur concessum, eis, ex communi doctorum sententia, non competit.

Vtrum autem filij fratrum ante defunctorum, quando non concurrunt ad successione patris cui alij patris, tam patris, quam matris, sed ipsi soli, quia nulli superlites fratres defuncto, representent, stando in solo iure communi, patres suos, atque adeò succedat patrui per stirpem, an verò eos non representent, sed succedant aequaliter per capita. Rem disputamus vbi supra post octauam conclusionem. Et quamuis Accurtius, & Bart. representare eos affirmet, succedereque per stirpem; nos tamen, eum eodem Accurtio sibi contrario, cui Azone, & communi sententia, quin & cum nonnullis iuribus huius Castellæ regni ibidem citatis, contrarium affirmamus, copioseque, & in fallor, esse cecit ostendimus, nempe eos non representare, sed succedere tali patrui per capita. Lege quae ibidem dicta sunt: eiq. eadde. Si sint filij diuersorum fratrum defunctorum vtriusque coniugatorum, & excludant patrui, ex altera tantum parte coniunctum, tunc, quamuis hi soli filij diuersorum fratrum succedant, sine alio patrui, quia tamen succedunt representando patrui, ad effectum excludendi patrui ex altera tantum parte coniunctum, vti que succedunt per stirpes in eo euentu, ratione talis representationis, & non per capita.

Quamuis de iure communi in his solis euentibus reperitur concessa representatio, atque, ut dictum est, non plus representatio, fit extendenda, quam reperia fuerit concessa, nihilominus, si vel iure aliquo reperitur in aliquo alio euentu concessa, vel in constitutione regni, aut maioratum, formaliter, aut virtute, concessa reperitur peculiari iure circa successione in eo regno, aut in eis maioratibus, stabilito, consuetudineve legitima circa eadem introductiona; vel denique ex dispositione instituentis maioratum, qui uocare ad eum potuit, quos voluit, & eo ordine, quo voluit, introducta reperitur, tunc concedenda in eis euentibus erit representatio, praecise tantum, quantum reperia fuerit concessa: neque regna omnia, aut maioratus, eodem modo vbi que quoad representationem sunt censenda: sed diuersimodè pro qualitate iuris, consuetudinis, ac dispositionis, cuiusque regionis. Atque hoc ante mentis oculos est habendum in hac materia, si allucinati non velimus: neque omnia in ea materia solo iure communi sunt attendenda, sed attendendum etiam est ad iura, consuetudines, & dispositiones particulares, circa regna, & maioratus, cuiusque regionis, eiq. ne omnibus expensis est de illis in vnaquaque regione iudicandum: quod multos, nec attendere, nec efficere, videas.

His ita constitutis, dubium est, vtrum in successione in feudis locum habeat representatio illa tota quae de iure communi explicata est. Et quidem, quando feudum est hereditarium, iuxta ea, quae disp. 472. & sequentibus, dicta sunt, conueniunt om



nes, locum esse representationi. Quando vero est ex pacto & prouidentia, licet Bar. Bal. & quidam alij reclamant, communis tamen doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Emmanuel Acofta in q. de patruo & nepote, par. 1. nu. 19. & par. 3. nu. 70. Altar. Valaf. de iure emph. q. 50. num. 1. & 4. Gama decif. 174. nu. 18. & Molina. 3. lib. de prim. c. 6. num. 47. etiam in feudo ex pacto & prouidentia locum esse representationi illi, propter peculiaria iura feudorum, que id de feudis patris, siue in eis succedat descendentes ultimi possessoris, siue collaterales illi, descendentes tamen eius, cui primo fuit feudum concessum, vniuersim statuunt c. 1. §. his vero deficientibus, de success. fratrum, vel gradibus, cap. 1. de success. feudis, & aliorum iurium. Atque in hanc sententiam accedere videtur Couar. de pract. qq. c. 38. nu. 1. in editione Cesaraugustana.

Questio. 4

Vtrum autem in successione in regno, locum etiam habeat representatio, & similiter in successione in alijs maioribus, ita scilicet vt si vltimus possessor multos habeat filios, & ex primogenito defuncto habeat nepotem legitimum, is nepos, qui vno gradu plus distat a possessore, quam filius secundo genitus, praeferi debeat, propter representationem, filio secundo genito, patruo talis nepotis; eo quod is nepos representet suum patrem, locumque proinde eius obtineat, qui in eodem gradu erat cum filio secundo genito, eumque aetate superabat, ob quam a successione in eo regno, aut maioratu, eum excludat; an vero non sit talis representatio, sed patruus, tanquam proximior vno gradu vltimo possessori, nepotem excludat; ardua questio haec est, valdeque controuersa, multos pro vtraque parte habens auctores, adeo vt dubium sit, quae sententia sit communis, saepeque ad arma sit deuentum, non exspectato iurisperitorum iudicio ac sententia tamen, vt Molina, cap. 6. num. 2. tandem resoluit, ferè apud omnes nationes, causa nepotis semper fuerit potior, quam patris. Similiter est questio in alijs representationis gradibus, vtrum scilicet filius fratris maioris iam defuncti, excludat patruum, aut filium natu maiorem alterius patris, etiam defuncti, in successione in regno, aut in alio maioratu, fratri patris sui, propter eandem representationem; an vero ab eis excludatur, eo quod locum non habeat in eo euentu talis representatio, & patruus proximior vno gradu sit vltimo possessori, quam ipse, & filius alterius fratris defuncti, superet ipsum aetate.

Quod ad successionem in regno attinet, Emmanuel Acofta, q. de patruo & nepote, tertia parte citata, nu. 2. representationem locum in ea successione habere affirmat, eaque de causa censet, in ea successione, nepotem patruo esse praeposendum. Ducitur, quoniam regnum ad Regis liberos, aliosque Regis successores, deuoluitur, quasi hereditas ipsiusmet Regis, vt expressè haberi affirmat. c. licet. de voto omnino; doctores ibi affirmare, & alibi plerumque alios: in hereditaria vero successione locum habet representationem, vt ex iure communi in principio huius dissertationis est relatum. Emmanueli Acofta subscribit Aluar. Valaf. q. 50. citata, nu. 2. & 12. vbi alios pro eadem sententia refert.

Secundum.

Postumus autem hoc confirmare, ex l. 2. ibi: *E por escusar muchos males, que acacieron, y podian auer ser fechos, pusieron que el senior del reyno heredase siem pre aguiros, que veniesen por linea derecha. Heredassen, dixit, idemque verbum sapienter ibidem repetitur in successione in regno: quare regnum in iure hereditario, & tanquam hereditas, defertur, habetque proinde locum in successione in illo representatio omnis, quae de iure communi in successione hereditaria est statuta.*

Argumentum primum.

Atque hoc discrimen constituit Emmanuel Acofta ibidem, iunctis duabus prioribus partibus eiusdem questionis, & Aluar. Valaf. q. 50. citata, inter successionem in regno ex vna parte, & successionem in alijs maioribus ex alia, siue tales maioratus creati sint de bonis coronae regni, siue de bonis patrimonialibus, nempe, quod cum in regno iure hereditario, & tanquam in hereditate delata ab anteriori possessore succedatur, locum habeat representatio de iure communi in successione hereditaria statuta; in alijs vero maioribus, cum non sint hereditas delata ex vltimo possessore, sed in eis iure sanguinis succedatur, vt disp. 617. est explanatum locum in eis non habeat representatio, ac proinde in eis patruus praefertur nepoti, filio primogeniti, ante mortem vltimi possessoris defuncti. Non loquuntur vero de maioribus huius Castellae regni, in quorum successione locum habet representatio virtute, ex l. 40. Tauri, tam in linea defensionum, quam in transfuersali, eaque multò amplior, quam sit representatio in hereditatibus de iure communi introducta, vt uidebimus: sed loquuntur de maioribus, & regno Lusitanis, atque aliarum prouinciarum, in quibus peculiari iure priuato representatio aliqua non sit introducta.

Ex discrimine tradito colligit Acofta vbi supra nu. 4. multa alia discrimina inter regnum, & maioratum de bonis coronae regni, & de bonis patrimonialibus. Primum est. Quod si, mortuo Rege, successor in regno hereditatem Regis antecessoris repudiet, eo ipso censetur etiam regnum repudiare: eo quod regnum hereditarium sit, eaque de causa esse non possit successor in illo, nisi qui haeres antecessoris fuerit: alij vero maioratus, cum ex pacto sint & prouidentia, iureque sanguinis in eis succedatur, vti que, qui ad eos proximè vocantur, succedere optime in illis possunt, repudiata antecessoris hereditate, vt vtrunque facile constat ex dictis disp. 472. & sequentibus.

Secundum, quod viuente Rege, inuidum est patrum successoris circa futuram regni successione cum alijs, minime consentiente Rege possessore, ac perseverante in eo consensu vti que ad mortem: eo quod esset pactum circa hereditatem antecessoris ipso viuente, quod est nullum, sine ipsius consensu, in quo perseveret vsq; ad mortem, vt disp. 579. dictum est. In alijs vero maioratibus, cum non sint hereditas, neque capiuntur ab immediato antecessore possessore, sed à primo institutore, validum est fetale pactum, sine consensu immediati possessoris, vt disp. 624. prope finem dictum est.

Tertium, quod successor in regno tenetur ad debita antecessoris, tanquam haeres eo ipso illius: successor vero in alijs maioratibus non tenetur ad debita antecessoris possessoris: quia non succedit in illo tanquam in hereditate antecessoris; sed succedit ex pacto & prouidentia ex praescripto primij institutoris tanquam in bonis liberis, quae nullo onere affici potuerunt ab antecessore possessore.

Quartum quod Rex vltimus regni possessor ex legitima causa ingratitudinis possit priuare regno immediatum successorem, tanquam hereditate a se illi deferenda: alij vero maioratus possessores non similiter ex ingratitudine possunt priuare eis maioratus illos, qui immediate ad eos vocantur, quoniam huiusmodi maioratus non sunt hereditas: neque successores accipiunt illos ab antecessore immediato eorum possessore, sed à primo institutore.

Quintum quod fructus regni tempore mortis vltimi possessoris pendentes, sint aliter diuidendi inter successores, & haeres antecessoris, ac fructus pendentes aliorum maioratum sint inter eosdem diuidendi.

Sicut autem fundamentum, cui Acofta innititur, quod scilicet regnum sit hereditas, in eo; iure hereditario, non sanguinis sed elatus, falsum est, ita discrimina haec falsa sunt, ex eo falso illata fundamenta. Ac proinde sicut succedi in alijs maioribus, optime potest, repudiata antecessoris hereditate, ita in regno. Sicut item in alijs maioribus non est nullum pactum de futura in eis successione sine consensu eius possessoris, qui ipsemet eorum institutor per vltimum voluntatem non sit, vt disp. 624. dictum est: ita neque est nullum pactum simile de futura successione in Regno. Quotique autem, quod ad tertium discrimen attinet, & unde successor in Regno tenetur ad debita antecessoris; & alij successores in alijs maioratibus non tenentur, intra suo loco dicitur. Quartum item discrimen nullum est, perperamque ex eo fundamento deducitur. Ea vero de re infra suo loco dicitur. Sicut etiam dicitur infra suo loco de fructibus pendensibus quotique ad successores, aut haeres antecessoris, pertineant, tam in alijs maioratibus, quam in Regno, esto discrimen illud nullum sit, vt opte ex falso fundamento deductum. Conuenit in his nobiscum Molina. c. 6. citato à nume. 10.

Quod autem regnum non iure hereditario, sed sanguinis, deferatur ad successores, sanè ex se, & ex dictis disp. 617. est satis perspicuum; idque affirmant, quamplurimis, quos Molina lib. 1. de primog. c. 8. & lib. 3. c. 6. nu. 9. refert ac sequitur, et quos nos disp. 617. citata retulimus. Neque enim successores in Regno illud accipiunt, ab immediato antecessore, neque ex dispositione & voluntate illius, sed illud accipiunt ab ipsamet republica, quae regnum instituit, & leges, quibus de iure, atque iuxta eas leges illud accipiunt, tanquam à republica ipsa ad illud vocati, & tanquam affecti conditionibus & gradu, quae respublica suis legibus, ipsaque regni institutione, ad id exegit: vnde antecessor nihil circa illud potest variari, aut statuere: longèque diuersa sunt, hereditas antecessoris, nempe bona omnia, quae antecessor extra coronam regni habebat, in quibus filijs, ipsique successori regni tanquam vni de numero eorum, legitima portio debetur, & ipsum regnum, quod repudiata legitima in alijs bonis sibi debita, totaque hereditate, potest successores velle & obtinere, tanquam rem omnino diuersam, minimeque in hereditate antecessoris inclusam: non secus atque haec ipsa similiter habent locum in alijs maioratibus, quae Emmanuel Acofta, & Aluarus Valaf. affirmat deferri, non iure hereditario, sed sanguinis: quo fit, vt Rex, non iure hereditario in regno succedat, sed iure sanguinis, atque ex pacto, & prouidentia reipublicae, quae regnum ipsum instituit, certique legibus illud assignauit, vt eo modo in illo succederetur. Atque hoc aperte vult. l. 2. tit. 17. par. 2. dum ait. *Este varon siem pre en todas las tierras del mundo, do quier que el senior viueron por linage (hoc est iure sanguinis) e mayorenre en Espanna. E por escusar muchos males que acacieron; y podian ser fechos pusieron que si el senior mandaron que si el hijo mayor muriese antes que heredase, si dexasse hijo, o hna; que oniese de si muger legitima, que auel, o aquellas, lo oniesse, e non otro ninguno, &c.* Vbi vides, rempublicam, quoad partes ipsius praecipuas, simile, quae, vt Regem & regnum instituit, ita successionem iure sanguinis, & modum successionis in eo sibi constituit; leges circa id praescribens; quibus est

standum, & iuxta quas vocantur successores ad regnum. Quod attinet ad c. licet, de voto, vnde Acofta, & alij ducuntur, vt dicant, regnum esse hereditatem, & in eo succedi iure hereditario, mirandum profectò est, quod inde ibi persuadent: cum nihil omnino sit in eo capite, vnde id colligatur: imò verò vnde colligatur contrarium. Rex quippe Vngariae tres habebat filios, vtrumque vocat libuendiendi terrae sanctae cum militibus: & quia vtrumque partim erat reale faciendi eos sumptus, quod obligata ex parte post mortem, nisi fit, quod excuset: & quia forte fuit negligens illud implendi, dum viveret, tempore mortis, fidei Andreae Ducis; filij sui secundo geniti, sub interminatione maledictionis patris commisit, vt illud exequeretur. (Nec dubitandum est, facultates competentes ei obtinuisse ex parte, vnde de id exequi posset, quin & copiam pecuniae ad eos sumptus paratam illi patrem reliquisset) Andreas assumpto crucis signaculo, promittit sine vlla dilatione mandatum id executioni. Coacta verò, post mortem patris, multitudo militum, sub specie mandandi id suum, & patris uotum exequutioni, bellum intulit fratri suo primogenito, qui in Vngariae regno patri succederat, vt casus ibi propostus habet. & Panormit. ad id caput affirmat, & 2. to mo opus Innocentij lib. 1. epist. 10. epistolae, dilectudinis constat. Id intelligens Innocentius II. cuius est caput illud, ex epistola citata desumptum, illi praecipit, vt utique ad festum exaltationis sanctae crucis voti adimpletionem executioni mandaret, ad eundem cum exercitu terram sanctam, addens: *Ne, si onus tibi a patre inuenit, & a te sponte suscepit, occasione qualibet detrederis, paterna te veddas successione indignum; & hereditatis emolumentum priueris, cuius reclusas onera supportare. Sciturus est tunc anathematis te vinculo subiaceas, & iure, quod tibi, si dicitur Rex sine prole discederet, in regno Vngariae competeat ordine gentium, priuandum, & regnum ipsum ad maiorem fratrem tuum; & appellatione postposita, deuoluendum.* Haec enim Innocentius. Qui, dum Andrea in penam commipatur priuationem emolumentum hereditatis patris, tanquam ea indignum, si intra tempus statutum quous a patre ei inuenit, & à se sponte susceptum executioni non mandaret, sanè nomine hereditatis, non intelligit Vngariae regnum, quod non ad se, sed ad fratrem suum natu maiorem deuenerat, vt ex epistola citata aperte constat: sed intelligit bona, quae ipse Andreas iure hereditario a patre obtinuerat. Dum item, vbi tra anathematis vinculum, eum priuandum affirmat iure, quod sibi, si Rex Vngariae (frater videlicet suus, vt ibi glossa exponit, & ex epistola citata constat, atque est notissimum: nam sermo est post mortem patris, qui votum emiserat, & post regnum morte illius ad filium primogenitum deuolutum) sine prole discederet, in regno Vngariae ordine gentium competeat, regnumque ad fratrem suum natu maiorem deuolendum: dum, inquam, haec Innocentius affirmat, proculdubio non colligitur, regnum illud hereditatem esse, sed potius Summus ipse Pontifex affirmat, ordine gentium; atque ad eundem sanguinis, deuolui à fratre primogenito in secundum fratrem; eaque defertur, in certum. Iuxta haec satis perspicue profectò intelligitur, si in istas esse interpretationes omnes illius capitulis, quas Molina lib. primo, de primog. caput. 9. a numero 3. & Couar. cap. 1. heredes, de testam. num. 9. & 10. commemorant: sed neque Molinani, & Couarturiani alsequipos esse legitimum eius capituli expositionem. Quo loco, vt in eodem caput intelligatur, nec te perturbent, quae à multis circa illud dicuntur, & obijciuntur, obliqua. Quamuis haec

Ad primum argum.



des, quemadmodum soluere tenentur cetera debita defuncti, ita teneantur implere realia illius vota, quae ille non impleuit; vt si aliquid Deo promissit in redemptionem captiuorum, aut ad aliud opus pium tenentur id adimplere, tanquam verum debitum reale defuncti, quod contraxit eo ipso, quod id vouit. Deo quoque promissit; non secus ac si idem promississet ex liberalitate alicui priuato, intendendo se ad id soluendum obligare, teneantur haeredes illi soluere, tanquam verum debitum defuncti: quamuis, inquam, haec ita sint, in primis tamen illa soluenda non sunt de bonis maioratus, aut coronae regni, sed de alijs proprijs bonis defuncti, si quae reliquit: maioratus enim, atque etiam coronae regni, non potuit onus vllum imponere ex mera sua liberalitate, etiam si erga Deum illam exercere vellet: sed solum coronae regni imponere potuit onus, quod in bonum eiusdem regni cederet. Vnde Rex Vngariae, onus implendi votum suum, non iniunxit primogenito ratione coronae regni, sed filio secundo genito, quoad alia bona. Deinde, si defunctus haeredes habebat, quibus legitima portio in bonis illius esset debita, sanè sua praesertim inconscuta liberalitate, siue erga proximos, siue erga Deum, illa vteretur, contingere non potuit legitimas portiones eorum: ac proinde, si quae debita ex liberalitate contrahebat, siue erga proximos, siue erga Deum, reale votum emittendo, quod non impleuit; vtique soluenda ea solum sunt de bonis, de quibus ipse liberè tempore mortis potuit disponere; non verò de legitimis portionibus debitis descendenti, aut ascendenti: quatenus enim donationes illae ac liberalitates, contingere legitimas eas portiones, essent sanè in officio, & nulla, ac proinde minimè implenda, vt disput. 285, dictum est. Reliqua itaque debita defuncti in vita ipsius contracta, ex omnibus defuncti bonis sunt ante omnia extrahenda, & neque ille plus relinqueret, quae esset censendus in bonis, quam quae remanserunt, deductis prius eius debitis, arce eo alieno: debita verò ex liberalitate, extrahenda solum sunt (deducto prius illo alio are alieno) de parte bonorum vltra legitimam, de qua liberè poterat disponere; atque de illa sola sunt soluenda, si tanta ea pars sit, vt inde possint solui; non verò propter eiusmodi debita, contingere licet portiones legitimas descendenti, aut ascendenti, sed si exhausta tota ea parte, de qua liberè poterat disponere, in eis soluendis, reliquit eiusmodi debitorum non possit inde solui, omnitem est. Hinc intelliges, Andream Ducem, non ex ducatu (si dux est dictus à dignitate ac dominatu in aliquibus oppidis, & non potius quia dux exercitui praefectus est: aut quia Duces, vel Archiduces dicebantur in Vngaria fratres Regis) cur ex alijs bonis vincularis, restrictum fuisse implere votum patris, quatenus patris onus ac debitum, nisi Ducatus ipse institutus fuisset à patre, sibi que relictus esset per vltimam voluntatem, aut aliter reuocabiliter, dum pater viueret, sed solum fuisse restrictum illud implere, de alijs bonis liberis sibi à patre relictis, quatenus excederet legitimam sibi à patre relictam, & non amplius. Quoniam tamen Andreas non inde solum obligationem habebat implendi id votum patris, sed quia sua sponte sub iuramentum se astrinxerat illud implere, ad eum sua propria persona terram sanctam cum militibus, atque adeo erat iam id votum non solum patris, sed etiam suum iuramento confirmatum; ipse verò non solum illud non implebat, sed etiam bellum iniustum fratri, Vngariae Regi, eis militibus inferrebat, quibus votum erat impletur: quod in Ecclesiae perniciem cedebat, hostibusque fidei vires adhibebat, neque ipse votum, vt tenebatur, implebat; idcirco sapientissimus Innocentius III. merito sub poena priuationis totius hereditatis paternae, quae se ob tantum delictum indignum redderet, atque sub poena anathematis, ac priuationis iuris ad regnum Vngariae, quod ipsi gentiturae ac sanguinis iure competebat, si primogenitus sine prole ex hac vita discederet, ei iniunxit, vt votum illud intra id tempus impleret, desisteretque à bello iniusto fratri inferendo. Quo fit, vt id in poenam iustam fuerit ei statutum: non verò quasi vi praesens obligationis patris teneatur ob eius ad regnum, aut ob haereditatem paternam, eos omnes sumptus facere, & multo minus sua propria persona adire terram sanctam, ad illam recuperandam. Et haec quod attinet ad e. licet. de voto, cui Acofta, & alij nitebantur, vt affirmarent regnum esse hereditatem, iureque haereditario in eo succedi.

B

Ad confirmationem verò, quam ex l. 2. titu. 1. par. 2. nos addidimus, dicendum est. Ibi, heredes, summi latè pro eo, quod est, succedere per mortem alicuius in aliquo illius bono, sine titulo haereditatis, sine aliquo alio: qui loquendi modus frequens est in Hispano sermone, simili quippe modo dicimus, primogenitum nondum auer hereditatem, o auer ya heredado alios maioratus, in quibus ex sententia eorum, cum quibus disputamus, non succeditur iure haereditario, sed sanguinis, neque habent rationem haereditatis, sed si deicommissi, aut praegrati, vi etiam rei donatae sub modo, non quidem ab immediato possessore, sed à primo institutore, vt disput. 177. & alias saepe, dictum est.

C

Aliam quoque rationem ex Baldi, & quorundam aliorum doctrina (quod ex parte alludere videtur ex Oldr. Panor. c. licet, citato, nu. 8.) tradit Emmanuel Acofta par. 3. citata, nu. penult. cur in regnis potius, quam in alijs maioratibus praefertur debet nepos ex filio primogenito praemortuo, patre suo in successione regni. Nempe, quod filius primogenitus, etiam viuente patre regni possessore, habebat quandam dignitatem inseparabilem, secundum quam ius regni paterni sibi competit: vnde cum ius Regie dignitatis habere ceperit ex quotionem aliquam in persona primogeniti viuente patre, ad mitti poterit, quod primogenitus eam ad posterus suos transmittat, vi cuius transmissionis, filius eius praefertur patri. Addit verò, hoc maximè habere vim in ijs regnis, in quibus more maiorum est institutum, vt filius primogenitus, viuente patre, Rex designetur. Quia mos (reterente Abulensi. 2. Paralipom. capit. 11. q. 30.) fuit etiam tempore Regum antiquorum. Quae omnia, inquit, in alijs primogenijs non similitur procedunt.

Hoc tamen discrimen inter regna, & alios maioratus, nullum profectò est, vt bene Molina, c. 6. citato à num. 16. ait. Etenim quod primogeniti Regum statim, ac nascuntur, ius habent ad regnum paternum, vt illud ipsi obtineant morte patris, si tunc superstitis sint: ita primogeniti aliorum maioratum simile ius habent ad maioratum paternum. Quod autem primogenitus, aut alius, qui proximè iure sanguinis succedens est in regno, viuente regis possessore, iuretur, & acceptetur in futurum Regem post mortem regnum tunc obtinentis, vtique nullum ius nouum illi confert, sed solum est professio subditorum, totiusve regni quoad proceres & procuratores ciuitatum, ad id à ciuitatibus electos ac missos, quod verè illi competat tale ius, & quod ea ratione se astringunt iuramento ad illum acceptandum & habendum tunc in Regem, ne quælibet aliqua, aut difficultas, circa id tunc oriatur: ius autem illud ad regnum habuit vi generationis ex talibus parentibus, & vi ipsius institutionis regni, & legum tunc à republica ea de re latarum, aut postea, temporis progressu, additarum, magisve explicatarum. Porro Regis filij quondam in Hispanijs Reges nuncu-

pati sunt, vt Molina vbi supra testatur se legisse in nonnullis instrumētis antiquissimis: postea verò Insantes dicti sunt, primogenitusque, qui in Regem, viuente patre iurabatur, Insante iurado nuncupabatur: ante iuramentum verò Insante in regno successor dicebatur. Quod autem primogenitus regni successor viuente patre Principe in Hispanijs nuncuparetur, videntur Molina vbi supra numero 20. capisse in Henrico tertio, qui, annuente patre Ioanne primo, Principe appellatus est. Accedente verò professione, ac iuramento procerum, ac procuratorum ciuitatum appellatur Principe iurado. Quando autem successio in regno, aut in imperio, non est iure sanguinis, sed electione; tunc electio successoris, viuente Rege, aut Imperatore, ius electio tribuit, vt Rex continuo, aut Imperator, sit, ac alius est vita discesserit, vt est notissimum. Ne verò regnum, aut imperium, vacet, ac sint diffusiones tempore mortis antecessoris, ante mortem talis Regis, aut Imperatoris, & quondam eligi successor consuevit, & nunc circa Romanum Imperium eligitur. Quondam verò sic electus ad imperium, Caesar, electus Caesar, appellabatur: Imperator verò dicebatur Augustus, atque Imperator: Nunc verò electus ad Romanum Imperium Rex Romanorum electus Romanorum Rex nuncupatur.

11

Exclusio, tam hoc, quam praecedente discrimine, quae Acofta inter regnum, & alios maioratus, constituit, ostendit, tam in regno, quam in ceteris maioratibus, non succedi haereditario, sed sanguinis iure, ac proinde in neutris locum habere representationem de iure communi introductam: eò quod illa in solis hereditatibus sit sancita: expendendum est, num ex illis alijs capitibus supra, §. quamuis comme moratis, representatio, aut aliquid ei acquipollens, quod representationem virtute non immeritò postsumus nuncupare, in successione in regno, aut in alijs maioratibus, reperitur. Etenim ad Rempublicam sibi constituentem regem, spectat leges, conditiones, ac ordinem statuere, quo in eo sit succedendum; & similitur ad principes, maioratus institutos de bonis coronae regni, attinet praescribere ordinem & modum quo in eis sit succedendum (sicut ad donantes etiam feuda spectat leges statuere, quibus in feudis sit succedendum) atque idem etiam pertinet ad priuatos, qui de patrimonialibus suis bonis maioratus institunt circa maioratus, quos ita instituant, horumque dispositioni est standum. Et licet, quando aliud non exprimitur, ordinem sit velle, vt in maioratibus à se institutis eo ordine, ac modo, succedatur, quo in eo regno legibus, aut more, consuetu fuit in regno, aut in alijs similibus maioratibus succedi, integrum tamen illis est, alium ordinem circa maioratus à se institutos statuere, illique est standum, vt lex 40. Tauri in vltima sui parte, obseruat: accommodatè que ad ipsam rei naturam statuit. Rem autè hanc prius examinabimus circa successione in hoc Castellae regno, & circa maioratus in eo institutos: deinde verò circa successione in regno Lusitano, & in maioratibus in eo institutis. Nec cuiquam videri mirum, aut molestum esse, debet, si ego, qui in hoc Castellae regno, in ciuitate hac Conchenli fui natus, & per triginta octo fere annos in Lusitania comoratus, inique ea, quae ad mores spectant, iuxta leges, & mores eius regni, vt par erat docui, explicandum simul, quae ad leges & mores huius Castellae regni atque in nobis operibus, quae ad vtrique regnum spectant, vltra ius commune tradam.

12

Quod ad successione in hoc Castellae regno attingit, habemus legem egrègiam, ac dilucidam, secundam titu. 1. part. 2. capius in praecedentibus relatam: quae modum succedendi in hoc regno praescribit, non quasi statutum tempore, quo lex illa fuit compo-

sita, & Partis inserta, vt ex ipsamet lege constat, & disputatione, §. 76. latè expendimus; sed quali modum statutum à tempore Pelagij, iure sanguinis, tametsi res in ea lege magis fuerit explicata. Atque ex ipsamet lege profectò constat, eum succedendi modum, non esse illum, qui de iure communi quoad representationem fuit in haereditatibus statutus; alioquin ad ius commune se retulissent conditores eius legis; sed esse peculiarem circa successione in regno sanguinis: commune quidem cum ferè omnibus alijs nationibus, quae ita Regem habent, quoad hoc quod regnum sit indiuisum, & in illo succedat primogenitus, sed non nisi post mortem patris; attamen peculiariter statutum, quoad reliqua in Hispanijs, ad eui tanta mala, quae fuerant expectari, & poterant adhuc euenire. Modus autem est, vt successio semper esset per lineam rectam primogenitorum, ita scilicet, vt nato, aut concepto, vno primogenito post alterum, & semper, qui natus esset post alterum, censeretur immediatè vocatus ad regnum post antecessorem, seu in defectum eorum, neque vnquam transitus esset ad collateralem, nisi deficiente omnino primogenito in eo ordine: atque tunc transitus fieret ad proximum & immediatum collateralem vltimi primogeniti in eo ordine. Itemque, vt femina admitteretur etiam ad eam successione eodem ordine & modo; sed semper masculus in eodem gradu, etiam si minor natus esset, praerogauerit femina: fecus autem, si masculus esset vltioris gradus: nam tunc femina, eà minor natus, ei praerogauerit. Haec omnia aperte significat lex 2. citata, illis verbis. *Epor e fusar muchos males, qua acacieron, e podiam aun ser fechos, pñsieron (institutores videlicet huius regni iure sanguinis) que el senorio del reyno heredadesen siempre aquellos, que veniesen por linea derecha.* Atque exponendo, quod includeret, & quo pacto intelligeretur, addit. *Epor de (hoc est ideò) est abiecerò, que si hijo varon no ouiesse, la hija mayor heredese el reyno. E aun mand arò, que si el hijo mayor muriesse si dexasse hijo, o hija, que ouiesse de su muger legitima, que aquel, o aquella lo ouiesse, e otro ninguno. Pero si todos fallaciesen, deuiosse heredar el reyno el mas propinquo pariente (vltimovideelicet possessori) que ouiesse, siendo hombre para ello. Hoc verò plus adhuc explicat. 40. Tauri, quae est. l. 1. r. titulo 7. lib. 1. nouae collectionis, & sic habet. *En la successio del mayoraz go, aunque el hijo mayor muera en la vida del tenedor del mayoraz go, o de aquel a quien pertenece (quod dicit, quia succedatur, non ei, qui maioratum tenet, si ad eum verè non pertinet, sed ei, ad quem pertinet, esto alius eum tenet) si el tal hijo mayor dexare hijo, o nieto, o descendiente legitimo, estos tales descendientes del hijo mayor por su orden preferen, al hijo segundo del dicho tenedor, o de aquel a quien el dicho mayoraz go pertenece.* Vbi videtur semper fobolè descendente ex primogenito obtinentis maioratum, ordine descendente: ac primogenitus, antefertur filio secundo genito, in defectum primogeniti, aut aliorum anteriorum primogenitorum descendenti ex eodem primogenito. Haec autem iuxta legem secundam citatam stabilita, seu potius explanata sunt circa maioratus vniuersim huius regni lege illa. 40. Tauri. Cui enim, vt disputatione, §. 76. & alijs sequentibus dictum est, instat regni huius, itaque primi & supremi maioratus, ceteri in hoc regno censentur conditi, quando aliud ab institutoribus non est expressum, ac proinde ex legibus circa regni successione, fuerit semper quoad eorum successione iudicatum, quando non reperitur, fuisse aliud ab institutoribus expressum: atque leges Tauri potius sint explicationes anteriorum legum, quam nouae sanctiones, quae de causa earum dispositiones se extendunt ad iudicandum iuxta eas etiam de ijs rebus, quae ante illas actae sunt, quando ipsi sint legibus aliud non fuit expressum.*



expressum, ut habetur l. 6. tit. 1. lib. 2. noue collect. vtiq; que in ea lege de maioratibus in genere atq; vniuersim disponuntur, seu potius explanantur; de regno tanquam de maioratu sunt, quando aliud aperta ratione non fuerit comprobatum: neque est aliquis, qui neget, eam partem eius legis, à nobis relatum, locum si militer habere in ipso et regno.

Ex his prolixi liquidò constat, in hoc Castellæ regno, tã quoad successiõnem in regno, vi legis secundæ quata, primæq; ipsius institutionis regni ab ipsamet republica, & vi conditionũ quoad successiõnem in eo tunc ab ea præscriptarum; quã quoad successiõnem in ceteris maioratibus instat illius, vi eiusdem legis secundæ, consuetudiniquè perpetuò iuxta eã feruata, & vi postea l. 40. Tauri, quando aliud nõ fuerit circa aliquem maioratum per institutorem illius perspicuè circa successiõnem in eo dispositum: semper, post illius possessorem, cumve, ad quem de iure pertinet, vocari immediatè primogenitum illius, ita scilicet, vt masculus, etiam minor natus, præferatur femina; alioquin succedat femina, quæ in numero filiarum fuerit primogenita. Deinde, si talis primogenitus, aut primogenita, sobole, saltem cõceptam, reliquat, vocari immediatè post eum, aut eam, primogenitũ illius, eodem modo intellectum, siue anterior primogenitus superstes fuerit, tempore mortis possessoris maioratus, siue non. Quod si hic secundus primogenitus sobolem similiter habeat, vocari tertio loco primogenitũ huius, similiter intellectum, esto pater, & auus, mortui siue ritè antillim primum legitimum maioratus possessorem. Et ita ordine quodam vocati semper primogenitos per lineam descendentem, ita vt omnes collaterales antecedentium primogenitorum, censentur exclusi, siue posthabiti, eo ipso, quod nascitur vltior primogenitus in linea eo ordine descendente. Quando autem postremo primogenito in eo ordine deest proles, tunc recurritur ad collateralem huic proximiorẽ, atque ad eadẽ fratrem maiorem natu, & in defectu fratris, ad fororem maiorem natu, & vniuersim censetur immediatè vocatus, qui illi fuerit proximior (modo dispositione sequente explicando) præponendo semper masculum eiusdem gradus, minore natu, femina: alioquin femina proximior censetur immediatè vocata. Atque ex illo collaterali incipiunt postea vocari iterũ primogeniti per lineam descendentem, modo explicato. Si verò sobole ipse careat, iterum censetur vocatus ei proximior, præferendo in eodem gradu masculum femina, modo etiam explicato.

¶ Vtrum autem successio hæc iuribus huius regni præscripta, tum in regno, tum etiam alijs maioratibus, quando maioratus institutor aliud non expressit, vt scilicet primogeniti per lineam descendentem modo explicato succedant, & præferantur ceteris, sit appellanda successio per repræsentationem anterioris, aut anteriorum primogenitorum, quando nepos possessoris maioratus, defuncto primogenito patre suo, excludit patrum suum, filium secundogenitum eiusdem possessoris maioratus, aut pronepos, defunctis patre suo & auo, excludit eundem filium secundogenitum, suum patrum magnam, vtrum inquam, talis successio, sit appellanda per repræsentationem: sanè dicerem, simpliciter, & absolute loquendo, non esse appellandam per repræsentationem: quandoquidem, qui ita succedit, & excludit patrum suum, non nomine, & iure alieno, sed iure quæ iuris, quasi ascendendo ad superiorem gradum patris, aut auũ, defunctorum, succedit, sed succedit iure proprio ac iure proprio absque vlla iuris fictione, tanquam vocatus immediatè ad regnum, aut maioratum, defunctis aut anterioribus

A primogenitis, & tanquam præpositis ceteris consanguineis vltimi possessoris, idque ab ipsamet republica, dum regnum, legesque successiõnis in illo, constituit; aut ab ipso maioratus institutore, dum illum instituisse censetur iuxta leges, & consuetudines, regni, quando aliud non expressit, neque aliter ad maioratum vocatur. Quare sicut quoad aliquis ad legatum aliquod, aut ad rem donatam, faceret similes substitutiones, aut vocaciones, sui filii primogeniti, & deinde post illum, aut in defectum illius, nepotis primogeniti ex eo filio, & postea simili modo pronepotis primogeniti ex eo nepote, talis nepos; aut pronepos in defectum patris, aut etiam auũ, non dicentur succedere per repræsentationem in eo legato, aut donatione, auo aut proauo, sed suo proprio nomine, ac iure, tanquam vocati ab eo ad id immediatè, in defectum suorum ascendentium. & tanquam antepositi ea in re ceteris filiis eiusdem auũ, aut proauũ: ita res habet in proposito. Virtute verò solum potest dici successio per repræsentationem, vt à modo loquendi l. 40. Tauri, & quorundam doctorum, nõ dissentiamus. Qui enim suo nomine, ac iure, succedit tanquam immediatè ab institutore vocatus, in defectum suorum primogenitorum, certè virtute eo repræsentat, illosque vicem subit, ac si, non solum gradum eorum, sed & qualitates haberet, puta ætatem, & reliqua, quæ ad obtinendum regnum, aut alium maioratum, conferrent. Atque eatenus solum, præsertim in gradu descendentiũ, de quo loquimur, repræsentationem admittentem: simpliciter verò eam admittendam nõ arbitror; eadẽ de iure communi, in eiusmodi rebus minime hereditarijs, præsertim indiuisibilibus, locum non habeat: & cum intra huius regni immediatè vocentur ad successiõnem illius vniuersimque primogenitorum per lineam descendentem, in defectum iuorum primogenitorum, vt relatum, explanatumque est.

¶ Quæ de successione in hoc Castellæ regno, & de maioratibus vniuersim in eo institutis, quando maioratus institutor aliud non expressit, hæcenus dicta sunt; similiter censeo intelligenda, tum in alijs maioratibus de bonis coronæ regni institutis, tum etiam de bonis ab Henrico secundo donatis, quæ redeunt ad coronam regni eo ipso, quod vltimus eius maioratus possessor sine descendentiõibus legitimis, masculis, aut feminis, decedit, iuxta clausulam eiusdem Henrici, & l. 1. tit. 7. libro quinto, noue collect. vt dispositione l. 76. dictum est. Semper enim descendens per lineam rectam modo explicato, excludit patrum, vt dictum est. l. ex quippe. 40. Tauri, de successione in maioratu vniuersim, siue vlla distinctione, aut exclusione, nisi quando maioratus institutor aliud statuerit, loquitur, ac proinde ad hoc etiam maioratus se extendit. Præsertim, quia hi etiam censentur instituti instar regni huius, quoad successiõnem, etiam ante legem illam Tauri; eo ipso, quod contrarium non fuit expressum, ac proinde iuxta l. 2. tit. 1. par. 2. erat de eis quoad successiõnem iudicandum. Ita Molina l. 3. de primogen. c. 7. num. 1. Neque probe Acoftam de successione patris & nepotis, par. 3. nu. 1. qui, cum constituta ita dicendum esse de eiusmodi maioratibus clausula regis Henrici post l. 40. Tauri, negat tamẽ id esse fuisse dicendum ante legem Tauri, propter l. 2. tit. 1. par. 2. Porro doctrina aliorum circa successiõnem in maioratibus de bonis coronæ regni, quos Molina vbi supra citat, locum non habet in hoc regno; sicut locum habebit in alijs regnis, in quibus, quo in hoc regno legibus citatis sunt statuta, minime fuerit sancita. Iuxta hæc approbanda est sententia Panor. & Castrẽsis, quia ridentur, in donatione facta à rege Castellæ quidam Petro Afan de viterbo, ac iudicam

iudam maioratus sibi, & liberis suis, nepotè ex primogenito defuncto, præferendũ fuisse patruo, propter repræsentationem, quæ in regno Castellæ nepos repræsentat, saltem virtute, suum patrem defunctum: immeritoque ea sententia improbatu ab Emanuele Acofta vbi sup. part. 1. nu. 27. loquendo de hoc Castellæ regno, de quo illoquebatur.

¶ Non etiam probandum arbitror sententiam Molinæ lib. 3. de primogen. cap. 6. à nume. 29. & aliorũ, quos refert, quatenus vniuersim, vbi queve locorum asserit, institutione primogenij, ac maioratus, censeri modo explicato vocatos primogenitos per lineam descendentem, atque idcirco à nepote, aut pronepote, ex filio maiorenaturæ possessoris maioratus, antea defuncto, excludi filium secundogenitum eiusdem possessoris maioratus, proximiorẽ ei in gradu. In hoc quidem Castellæ Regno id ita planè dicendum est, quando institutor maioratus aliud non expressit, idque propterea quòd lege 2. citata, & lege 40. Tauri, ita ad regnum, & ad maioratus vocantur immediatè. Ceterum in alijs regnis in quibus nihil tale constitutum est, nullaque talis viget consuetudo, vt in Lusitania constitutum non est, neque viget talis consuetudo circa maioratus de bonis patrimonialibus institutos, sanè id locum non habet, imò cõtrariũ, vt dicitur. Licet enim in Lusitania primogenia & maioratus hæc appellentur, sicut & in hoc Castellæ Regno, propterea quod ad primogenitos possessores constituerit ipsa institutio derivari; dubiũ tamẽ manet, vtrum, mortuo primogenito ante mortem possessoris, sobole relicta, is maioratus transeat ad nepotem ex tali primogenito; an verò ad filium secundogenitum eiusdem possessoris, qui inter superstes eiusdem possessoris filios, manet primogenitus, quia ante omnes eos genitus, & proximior est in gradu possessori, quàm sit nepos ille: sicut etiam ad eundem filium secundogenitum transiret, si ille alius primogenitus mortuus esset, sobole minime relicta. Atque vt videbitur, ita planè in Lusitania dicendum est, accomodatè ad iuris communis principia.

¶ Illud etiam, neque in alijs regnis, neque in hoc, probandum, quod Molina vbi supra à numero 37. subiungit. Nempe eo ipso, quod primogenitus possessoris maioratus nascitur, cum iure primogenituræ, acquiri illi spem quandam certam & incommutabilem, ac ius in habitu ad maioratus successiõnem suo loco & tempore comparandum: quòd, quamuis, dum anterior possessor maioratus viuũ, suspensum esse dicatur, ab eo tamẽ auferri non potest, sed ad primogenitum ex ipso vltimus procreatum, illud transmittatur, que, ratione huius transmissionis censet continuari, & extendi lineam successiõnis in illum vltimus genitum, vt, antequam ille succedat, maioratus nõ possit transire ad alium: ratione etiã eius iuris ita transmissi, arbitratu, filium ita vltimus genitum, nepotèque possessori repræsentent personam patris defuncti, vt præferatur patruo in successiõne eius maioratus. Hæc sanè magna ex parte sunt commentaria, & falsa. Licet enim primogenitus possessoris maioratus, eo ipso, quod nascitur, in institutionis maioratus, ac legum, seu conditionum quoad successiõnem in illo præscriptarum, comparet ius, & spem, ad succedendum in illo, ius tamen illud, & spem, non transmittit ipse ad primogenitum ex se vltimus genitum, non solum in alijs regnis, in quibus, vt dicemus, patrus præferitur nepoti possessoris, sed etiam in hoc, in quo nepos præferitur patruo, sed ius, & spem, quæ ex eo capite ille consequitur, solum sunt personalia ipsius, quibus ad succedendum, sub conditione si superstes sit tempore mortis possessoris maioratus, & sub conditione, si nullam ad succedendum in illo cõtraxerit incapacitatem: quòd autem primogenitus,

A ex se vltimus genitus, eo ipso, quod nascitur, comparet in hoc regno ius & spem similem ad succedendũ patri, & in defectum patris ad succedendum etiam auo, sanè non proficitur ex eo quod comparet illa ex patris transmissione, sed ex eo quòd immediatè ex ipsamet institutione regni, aut alterius maioratus illa comparet, ex legibus, ac conditionibus, quoad successiõnem in illo præscriptis, à quibus ad eam successiõnem eo modo vocatur, vt dictum est: quò fit, vt statim, ac nascitur, illa comparet ex eo capite, non verò per mortem patris, ex transmissioneque ipsius patris, eo modo, quo hereditas, & legata, ab alijs patri relicta, à patre in filios, & in alios hæredes, dicuntur transmitti; aut eo modo, quo vna cũ reliquis bonis patri proprijs transmittit ad hæredes sua iura, que personalia ipsi non sunt, hoc est, expirantia cum ipsius persona, tanquam patres hæredes, bonorumve ex ipso hæreditatis ipsi obuenientium. Riddiculus ergo est, ex eo capite coningere repræsentationem, quoad successiõnem in Regno, aut in alijs maioratibus, vt ea ratione nepos, aut pronepos, ex primogenito possessoris defuncto, excludat patruũ à successiõne in illis.

¶ Ex his facile intelligitur, quid censendum sit de sententia illa Aluari Valas de iure Emphy. quest. 50. nume. 44. quam Couarru. de pract. qq. cap. 38. in editione Cesaraugustana in calce. num. 6. refert; & ait, de ea amplius deliberandum. Constituit enim Aluar. Valas. discrimen inter institutionem maioratus per vltimam voluntatem, & per contractum inter viuos. Quòd, si maioratus contractus inter viuos sit institutus, nepos vltimi possessoris ex primogenito defuncto, præferatur patruo, filio secundo genito eiusdem possessoris: non quidem propter repræsentationem, quam profertur non esse admittendam; sed quoniam filius primogenitus defuncti, spem, & ius ad maioratum, vi contractus acquisita transmittit in filium suum primogenitum: eo quòd spem, licet tenuem, quam ex contractu conditionali comparamus, transmittimus ad nostros posteros, iuxta §. ex conditionali, in situ. de verborum obligationibus & leg. is cui. ff. de actio. & oblig. Sanè sententia hæc falsa est, & discrimen nullum. Siue enim institutio maioratus ortum habeat ex vltima voluntate, siue ex contractu, proculdubio vocaciones & successiones in illo, sunt ex præscripto in ea vltima voluntate, aut contractu, ipsius institutoris, ab illoque successores vocati censentur, & accipere maioratum; non verò ab antecessore possessore illius: neque quilibet eum ad eum maioratum institutione ipsa, siue per vltimam voluntatem, siue per contractum, vocatur nisi sub conditione tacita, si superstes sit tempore mortis omnium prius vocatorum, & capax sit successiõnis tempore, quo in eo ordine succedere debet, neque vocatur, nisi in tempore, quo ipse viuat, vt eo persuasur, dominusque illius sit, in id solum tempus, & postea transeat ad alium vltimus vocatum institutione ipsa, iusque & spes vniuersimque eorum, vi talis institutionis ac vocacionis, personalia illius sũt, cum ipsoque expirant, neque ab eo transmittuntur ad alium. Est verò latum discrimen, inter ius, & spem, quæ ego comparo ex contractu mecum sub conditione in meum solum commodum celebrato; & inter ius, & spem, quæ varij comparant dispositione ex contractu, quo quis ad aliquid ordine quodã eos vocat, quos vult, ac tunc pacitur, vt in eo succedat, ita vt res illa ordine quodam deriuetur ab vno in alium, iuxta modum & condiciones ab ipsomet institutore tunc præscriptas. Ius quippe, & spes, quæ ex priori illo contractu comparatur, sunt mea propria, & pecuniaria, quæ proinde, vt & cetera mea bona & iura transmitto ad meos hæredes & successores: atque de eiusmodi solum iure, & spe ex contractu comparat,



parata, loquuntur duo illa iura citata. Iura verò alia, & spes, quæ alij ex ea disputatione & contractu contractat, sunt vniuersalesque eorum, vt. si perfectes sit, quando anteriores omnes mortui fuerint, res illa, in solum tempus vite ipsius, ad ipsum deuenciat, eaque perfruatur, posteaque transeat ad alium, non ex dispo- sitione huius possessoris, sed primi institutoris, vt in- stitutoris, ac vocatiõni à principio ab ipso met in- stitutore præscripturam: quare iura illa, & spes, per- sonalia sunt cuiusque eorum, cum eisque expirant, neque illa transmittunt ad alios.

17 Illud verò Aluaro Valasco dabo, ex ipso met con- tractu tunc, & ex circumstantijs concurrentibus, ex- pendendum esse, cum institutoris mens, & intentum fuerit, prætere nepotem ex primogenito defuncto, ac primo loco vocato, patruus talis nepotis filio secun- do genito institutoris non. Si enim, causa matri- monij cum aliqua vxore, institutus fuit maioratus contractu inter vxorem in filio primogenito, qui eam ducturus erat vxorem, sub hac forma, quòd scilicet pater instituebar cum maioratum in eo suo filio, ip- si, & posteris illius, vt iure esse filius, suscepta prole, moretur ante patrem institutorem ac possitorem maioratus, nepos ex tali filio proponendus esset pa- truo, filio secundo genito eiusdem institutoris, etiam in Lusitania, quoniam institutio illa fuit in filio illo primogenito, & in sobole ipsius, quam totam institu- tor prætere intendit cæteris omnibus suis filijs, & consanguineis, gratia eius matrimonij celebrandi: postea verò in sobole vltietus deuicuta ex eo filio pri- mogenito, nepos quicunque ex filio primogenito mortuo ante vltimum possitorem, non præferretur in Lusitania patruo, filio secundo genito eiusdẽ pos- sessoris, vt dicimus: quoniam in Lusitania nõ est re- presentatio, neque censetur vocatio facta de primo- genito in primogenitum per lineam descendente, vt in hoc Castella regno; neque, quòd patruus præ- ferretur tali nepoti, pugnetur cum illa prima institu- tione: quippe cum patruus ille de sobole etiet primo- geniti, in quo sub illa forma facta esset eius maiora- tus institutio.

18 Ex dictis cõfirmare possumus, nec regna, nec ma- ioratus alios, hereditates esse, nec deferri iure hære- ditario, sed sanguinis, atque ex pacto & prouidentia, ac proinde in eis locum ex eo capite non esse repre- sentationi, quòd hereditates sint, iureque heredita- tis deferantur. Etenim, cum regna à republica emanant in primos reges, & tam in illis, quam in reli- quis maioratibus succedatur, non ex præscripto & voluntate anterioris possessoris, neque ex iure aliquo ab antecessore, aut ab aliquo intermedio, transmissio in eum, qui succedere debet, sed in eis succedatur ex præscripto, vocationibus, & ordinationibus repu- blicæ sibi Regem constitutis, aut ex præscripto & vocationibus instituentis maioratum, vt ostensum est: neque aliquis successorum illud, dominiumque illius acquirat, nisi solum in tempus vite suæ, qua finita, transit ipso iure in sequentem vocatum à repu- blica, aut ab alio institutore, vt eiusdem vocationis, ac institutionis, vt etiam explanatum, probatumque est: liquidò iane constat, neque regnum, neque alios maioratus, esse hereditates transmissas & deriua- tas à possessoribus eorum in successores, nec pro- inde successores iure hereditario succedere in illis, sed sanguinis, atque ex pacto & prouidentia primi institutoris.

19 Quia verò, neque vt in hereditate, neque iure hæ- reditatio, in eis succedatur, sed ex pacto & prouiden- tia primi institutoris, qui consanguineos vltimi pos- sessoris proximiores (aut etiam interdum remotiores, pro suo arbitrio, & beneplacito) absque vilo termi- no ac limite vocat, inde efficitur, quòd, cum ab inte- stato in hæreditatibus solù succedatur vsque ad de-

cium gradum, deficientibusque consanguineis, vt que ad decimum gradum, ac conuige defuncti, hære- ditates vacent, ac pertineant ad filium, vt disp. 164, dictum est, in regnis tamen, & in alijs maioratibus, censentur vocati consanguineis vltimi possessoris, etiam vltra decimum gradum in infinitum, vt com- munitis doctorum sententia merito asseruat, neque idcirco vacent, & deuoluantur ad fiscum, quòd super- stites non sit consanguineis vltimi possessoris vsque ad decimum gradum.

Ex dictis tota hac disputatione facile constat, esse- fere multa, quæ Molina, i. libro de primogen. capit. 6. & 7. docet circa representationem, qua descen- dentes suos ascendentes representant ad excluden- dos suos patruus in successione in Regno, & in alijs maioratibus, iuxta iura huius Castellæ regni, iten- que ea, quæ docet circa transmissionem iuris vnius primogeniti defuncti in alium, vt posterior, vel ius comparat, vel representat suum antecessorem, ad succedendum anteriori possessori in via recta; excludendumque patruum filium eiusdem posses- soris.

DISPV. 627.

In regno, & in alijs maioratibus, Castellæ, quousque collateralales succedant, admit- tendaque sit representatio in ea succef- sione. Et num succedat proximior vlti- mo possessori.

SYMMARIVM.

- 1. Dubium proponitur & explanatur, nũ, sicut in alijs maioratibus huius regni admittitur representatio in linea collateralali, eadẽ maior, quam in hereditarijs conceditur de iure communis: ita in ipsa successio- ne in corona huius regni admittenda sit representa- tio in linea collateralali.
2. Non esse admittendam representationem illam in linea collateralali quoad successiõnem in hoc regno, sed suc- cedere proximorem in gradu, proponendo in eodem gradu masculinum seminis, & maiorem natu, minori- ri natu, validissimo argumento probatur.
3. Molina contrarium affirmat, & quibus argumētis ducatur.
4. In successione in hoc Castellæ regno, nulla in linea col- lateralali admittitur representatio, sed semper succe- dit proximior in gradu, præferendo masculinum se- minis, & maiorem natu, minori natu.
5. Locus non est representationi in linea collateralali in maioratibus huius regni creatis ante legem. 40. Tauri.
6. In maioratibus huius regni, quando aliud institutor non disposuit deficientibus omnino descendentijs vlti- mi possessoris quo ordine, & quanta eorum representa- tione succedant collateralales illius.
7. Successionis est modus, ac representationis, quantum à iure communi exorbitet.
8. Idem representationis modus locum habet in vltimo- ri gradu, hoc est, in descendentijs vltimi possessoris, & ex patruus magnis, & ita consequenter.
9. Idem succedendi modus & representationis intelligit- tur, esto collateralis comparatione vltimi possessoris, neque descendens sit primi institutoris, neque etiam collateralis.
10. Representatio lege. 40. Tauri in linea collateralali intro- ducta, non est representatio solum gradum proxi- moris sed personam ipsam locum illius cum omnibus suis qualitatibus subeundum, ad alios excludendum, quos patens ipse exclusisset.

Que

- 11 Qui representando personam succedit, si representan- tus incapax erat tempore mortis, ipse quoque inca- pax similiter est, & excluditur à maioratu: qui verò vocatus ipse succedit, vt in linea descendentijs in hoc regno, & proximior in linea collateralali vltimo possessori, incapacitas progenitoris ipsi non nocet, si ip- se incapax etiam non sit.
12 Successor in linea transuersali esse debet de stirpe in- stitutoris maioratus, aut eius, in quo primò fuit in- stitutus, vel de familia eorundem. Si enim vltimo possessori detur proximior de aliena familia, vt fra- ter solum vltimus, qui non sit de eiusmodi familia, succedit qui de familia fuerit proximior, licet remotior in gradu vltimo possessori.
13 Successionis ordo explicatus in maioratibus, similiter seruatur in hoc regno in successiõnibus in feudis, capellis, emphyteusibus, iurisdictionibus, & in alijs similibus rebus, quæ indistincta ad vnum deueniunt.

NE longitudo disputationum tadium ac confusionem pariat, hæc & duæ sequen- tes disputationes à precedente separan- dae sunt. Quòd vero ad successiõnem in regno attinet. Leg. 2. tit. 1. p. 2. ex prima regni institutione tempore Pelagij, & ex cõsuetudine iux- ta eam seruata vsque ad tempora editarum legiũ Par- titarum, solum comperimus dispositum, quòd defi- cientibus omnino successorijs in regno per lineam rectam descendentijs, modo disputatione præce- dente explicato, succedat in eo proximior consan- guineus collateralis. Sic enim ea lex habet. Pero fi, re- dos estos (linea vlti del descendentijs) falliesen, deno heredar el veyno, el mas propinquo pariente, que o- mense, siendo ome para ello, no auiedo becho cosa por que lo deuiesse perder. Lege verò 40. Tauri quæ est. l. 5. tit. 7. lib. 5. noue collect. postquam circa maioratus in genere, quoad successiõnem descendentijs, sic fuit- set dispositum; En la successiõn del mayorazgo, aunque el hijo mayor mueræ viala del venedor mayorazgo, o de aquel, a quien pertenece, si el hijo mayor de jure hijo, o nietro, o descendiente, legitimo, es los tales descendientes del hijo mayor por su orden, præferan al hijo secundo del dicho venedor, o de aquel, a quien el dicho mayorazgo pertenece; Postquam, inquam, hæc quoad successiõnem descendentijs disposita sunt, vt disputatione præce- dente relatum, explanatumque est, protinus quoad successiõnem collateralium subiungitur. Lo qual yo solamente mandamos, que se guarde, y platique, en la suc- cession del mayorazgo a los alos descendientes, pero aun en la successiõn de los mayorazgos a los trasuversales: de ma- nera, que siempre el hijo, y sus descendientes legitimos por su orden, representen la persona de sus padres, aunque sus padres no ayau succedido en los dichos mayorazgos. Sal- uo si otra cosa esfuere dispuesta por el que primeramen- te constituyo, o ordeno el mayorazgo: que en tal cosa ma- damos, que se guarde la voluntad del que lo instituyo.

Dubium verò non parui momenti est, num in suc- cessione collateralium in corona ipsa regni Castellæ, locum etiam habeat hæc representatio lege hac. 40. Tauri constituta in successiõne collateralium in regno eiusdem regni maioratibus: que sanè repre- sentatio longius maior est, quam ea, que de iure com- muni admittitur in successiõne in hereditatibus. Vt enim disputatione præcedente dictum est, soli filij fratrum defunctorum admittuntur ad successiõnem ab intestato cum patruis filijs, fratribus eius, cui est succedendum, non verò nepotes: ad succedendum ve- rò possessori maioratus, qui descendentijs caret, non solù admittitur filius primogenitus, fratris maioris natu prædefuncti, & præfatur cæteris patruis, sed etiam admittitur nepos, filius illius, si pater ipsius sit etiam defunctus, & pro nepos, imò verò, in

A defectum prolis masculinæ, admittitur filia talis frat- ris, & neptis, aut proneptis, que repræsentent ante- cessores suos iam aetate defunctos.
In patrem negantem, quòd scilicet in successiõ- ne collateralium in ipso Regno, locum non habeat representatio, sed solum succedat collateralis, qui re- ipsa, atque sine vlla fictione, reperitur fuerit proximi- or vltimo possessori, præferendo semper mascu- lum eiusdem gradus, etiam iuniorer, femina, & in- ter masculos, maiorem natu minori, atque inter fe- minas, suaderi potest. Quoniam lex 40. Tauri nul- lam del Regno fecit mentionem, sed de maiorati- bus. Et quoniam, l. 2. tit. 1. p. 2. peculiariter sta- tuatur circa successiõnem in Regno, vt, deficienti- bus omnibus descendentijs vltimi possessoris, suc- ceferet consanguineus superstes illi proximior (id enim significat verba illa: el mas propinquo pariente, que omiesse) quod planè verò propinquiorer sonat ac significat, non verò per representationem & fictiõ- nem. Præsertim cum consentiat ius commune; quò- doquidem disputatione præcedente est ostensum, re- gnum non esse hereditatem, neque in eo succedi in- tre hereditario, sed sanguinis, ac proinde locum non habere in eo representationem, non solum vltra fi- lios fratrum in linea collateralali, sed nullam de iure communi: quare nulla admittenda est in vnoquo- que loco in corona regni, nisi quatenus expresse ac dilucide statuta comperiat, eum in loco in coro- na regni.

Contrarium affirmat Molina l. 3. de primogen. ca. 7. nu. 17. iunctis ijs, que dixerat. c. 6. a. nu. 4. & rur- sus, a. nu. 23. Nempe, etiam in successiõne in coro- na huius regni, locum habere representationem, et- iam ad succedendum ex linea collateralali, eamque tam latam, quam lata. leg. 40. Tauri definita est, val- lidumque ex ea lege esse argumentum à cæteris ma- ioratibus ad regnum, sic est contra, validum est ar- gumentum, validumque erat ante eam legem Tau- ri, ex dispositione. leg. 2. tit. 1. p. 2. secunda à re- gno ad reliquos maioratus, quando aliud peculiari- ter nõ reperiretur dispositum circa aliquem eorum in particulari.

Ducitur, quoniam, non solum reliqui maioratus (quando aliud circa aliquem eorum in particulari, non fuit à primo illius institutore expressum) cõse- tur constituti ad exemplar, & iuxta leges & consuetu- dines supremi eorum, nempe per regni, sed etiam lex 2. ti- tu. 1. p. 2. quoniam de solo regno videatur loqui, intelligenda est, etiam loqui (ex ipsius sententia) etiam de alijs maioratibus, vt nullus à num. 4. citato pro- bare conatur.

Item, quoniam lex. 40. Tauri nihil de nouo statu- it, sed ad tollendas difficultates & prædicendas lites circa maioratus, ex his, que de regno expressius erant statuta, & de reliquis maioratibus similiter in- telligebantur, consuetudineque erat recepta, ad ma- iorem explanationem id totum expressit ac defini- tit, quod in ea cõtineatur. Leges quippe Tauri non correctoriae sunt eorum, que antea erant de iure cõ- muni Casareo, vel de iure regio, aut que consuetu- dine erant receptæ, sed declaratoriae, vt constat ex il- lis verbis proemij earum legum. Añan menses de claracion. Et rursus. Fiesen y declarasen, lo que por le- yas las dichas dudas se auia de guardar. Qua de causa leges Tauri, non solum se extendunt ad dirimenda ea, que post illas facta sunt, sed etiam ad dirimenda ea, que ante eas facta, & de illis iuxta eas est ut dicandum, quando aliud legibus ipsis non fuerit ex- pressum, vt habetur. l. 6. tit. 1. lib. 2. nouæ collectio- nis & disputatione precedente relatum est. Quo fit, vt ea omnia, que l. 40. Tauri sancita sunt circa suc- cessionem in maioratibus, etiam in linea transuersa- li, similiter intelligenda sint circa successiõnem in regno.

Ad primũ argum.

Secundum.